Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Liber

supra, vi milia ducenti, prin-
ceps eorum Sueihel, filius abi-
lual, in plaga septentrionali
castra metabuntur. Erunt sub
custodia eorum tabule tabna-
culi, et vectes, et columne
ac bases eius, et omnia que
ad cultum huiusmodi pertinet
columnarum atrii per circuitum cum
basibus suis et paxilli cum fu-
nibus. Castra metabuntur ante
tabernaculum federis, id est ad ortum
tales plagam moyses et aa-
ron cum filiis suis custo-
diam sanctuarii in medio filiorum
israel. Quicquid alienus accesse-
rit morietur. Omnis turba que
moyses et aaron numeravit
iuxta preceptum domini per familias
suas in genere masculino a
mense uno et supra fuerunt xx
duo milia. Et ait dominus
ad moysen. Numera primogenitos
sexus masculini de filiis israel,
a mense uno et supra, et habes
summam eorum, tollesque michi le-
uitas pro omni primogenito filiorum
israel. Recensuit moyses sicut
preceperat dominus primogenitos filiorum
israel et fuerunt masculi per
nomina sua a mense uno et su-
pra xxii duo milia ducenti lxx
tres. Locutusque est dominus
ad moysen. Tolle leuitas pro
primogenitis filiorum israel, et pe-
cora leuitarum pecoribus eorum
erunque leuite mei. Ego sum
dominus. Pro primo natu
duorum lxx trium, qui excesserunt numerum
leuitarum de primogenitis filiorum
israel, accipies v siclos per sin-
gula capita ad mensuram sanctua-
rii. Siclus habet obulos xx. Da-
bisque pecuniam aaron et filiis
eius, primo eorum, qui supra
fuerunt. Tulit ergo moyses pe-
cuniam eorum qui fuerant am-
plius et quos redemerant
a leuitis, primogenitis filiorum
israel, mille trecentorum lxv
siclorum iuxta pondus sanctuarii et
dedit ea aaron et filiis eius
iuxta quod preceperat sibi dominus.

Iterum Capitulum xvii

Locutusque est dominus ad
moysen dicens, et ad aaron.
Tollite summam filiorum cahath
de medio leuitarum per domos
et familias suas, a tricesimo
anno et supra usque ad quinqua-
gesimum annum, omnes qui ingre-
diuntur vt stent et ministrent in
tabernaculo federis. hic est
cultus filiorum cahath. Tabernacu-
lum federis est stemma stirpis in
gredientur aaron et filii eius
quando mouenda fuerit castra,
et deponent velum, quod pendet
ante foores, et volutabunt in
eo archam testimonii, et o-
perient cursum velamine, in-
cinctinarum pellium, et extendent
desuper pallium totum iacinctinum
et imponent vectes. Mensam
quoque propositionis involuent iacinti-
no pallio, et ponent cum ea thu-
bula, et mortariola, cyathos
et cauterios ad libamina fundenda
panes semper in ea erunt. Ex-
tendentque desuper pallium coc-
cineum, quod cursum operiant in-
cinctinarum pellium et imponent
vectes. Sumentque et pallium
iacinctinum quo operient can-
delabrum cum lucernis et forci-
pibus suis, emunctoriis et
cuctis vasis olei quae admi-
nistrandis lucernis necessaria sunt